

*VIII, 12. 36. 38. Cap. XVIII, 8. 1. Cor. I, 14. sed sine dubio etiam infantes, quorum quoque per fidem regnum cœlorum est, Marc. X, 14. Act. XVI, 33.*

2. Faciebat omnino fœderatum circumcisio, *Gen. XVII, 14. coll. cum, Exod. IV. 24. 25.*

3. Etiam si non regenerantur infantes per verbum, sicuti ætate adulti, in quibus fidem verbum dat & baptismus confirmat; donantur tamen a Spiritu S. fide in Christum, & regenerantur in ipso baptismo, initiationis Sacramento, infantes, licet non magis ceremoniam baptismi, quam verbum intelligant, *Matth. XVIII, 6. Marc. IX. 42. 1. Petr. III, 21. ad Tit. III, 5.*

4. Etsi non omnes adulti, qui ante baptismum jam per verbum fidem habeant, necesse est, Spiritus S. regenerantis *ἐνέπυσται* sentiant in actu baptismi; donantur tamen eadem, & confirmantur in fide, quæ deinceps per amorem debet esse operosa in renovatione: Id quod Simon Magus, secus faciens, probe observare debuisset unquam, *Act. VIII, 13. 18-24.*

5. Omnes, per verbum DEI informati, jam ante baptismum, fideles & regeniti esse debent, ut saltem per baptismum confirmantur in statu gratiæ, *Act. II, 41.*

6. Quamvis dona DEI sint perpetua, & cum salute ejus, qui sibi in individuo vera cordis fiducia applicat, necessario cohæreant; *Rom. VIII, 29.* non omnes tamen infantes salvantur: quoniam fidem, in baptismo acceptam, iterum amittunt, crescente ætate, ac per consequens in vanum gratiam DEI recipiunt, *Act. XVIII, 8. coll. cum 2. Cor. VI, 1.*

7. Solus sanguis Christi purgat nos ab omni peccato, *1. Job. I, 7. 1. Cor. VI, 11. Eph. V, 26. & hic inest baptismo, 1. Petr. III, 21. coll. cum Apoc. I. 5.*

CAPVT